Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26274
Copyright: Admont, Benediktinerstift



13

tio. Vere enim in hoc dicto gratis uenundati estis. magna quis & admiranda exprbatio. & uere in hoc dicto. & sine argento redimemini. magna dulcis & miranda cõsolatio. De uenundatione nimis gratuita sic dicit gratis uenundati estis
Prima & sideratio sit. Vbi eram uenundati siue cui uenundarem. In lumbis a de. O dolenda pgenies. Tunc quidem uenundata es. quando nondum erat. Et quomodo uenundata es. Ambiendo diuinitatis altitudinem. & expectando huic ambitionis ad impletionem. sed in hec uerba sapientis. comedite & eritis sicut dii. Sed non est factum sicut ille dixit. Ergo uere dictum est gratis uenundati estis quia speratum ut promissum puaricationis pretium. neque nos neque ille accepit. in quo puaricati estis. Magna quidem exprbatio. uerumtamen re ipsa multo parcior. & p intentione tam mali commercii longe suauior. Hanc ad intentionem illi in quo fuimus uenundati parum erat dicere gratis uenundati estis. & amplius erat dicere id quod uerum est. nimis uenundati dampnose estis. quia non solum do similes non estis facti. sed & deo mortui estis. De redemptione qua dicit & sine argento redimemini maior est consideratio nobis habenda. quam suis uerbis explicare possit lingua mortalis. Quid nam est & sine argento redimemini. Scimus & quando sumus redempti quia uidelicet illic redempti sumus & presentes non fuimus. neque de precio redemptionis cum redemptore quicquam tractauimus sicut scriptum est in ppha expsona redemptoris eidem prospicientis ad eidem redemptionis nostre mysterium. Torcular calcauui solus. & de gentibus non est uir mecum. Tunc redempti sumus. quando angelus iste sic locutus est unum de similibus. vt eo morienti & lancea percusso fluerent sanguis & aqua de latere eius. Ibi argentum non fuit pretium redemptionis. Quid quidem quantum est quod ait & sine argento redimemini. Neque enim sic diceret gratis uenunda-

qd